

D Bernar-
dus.

Videntur quidem honorifica, sed oculo, qui videt in fa-
cie, non qui videt in abscondito. Nam que videntur in
abscondito nullis apparente fucata coloribus: spectabilia
sunt tamen. Nullis condita saporibus; prædulcia sunt
tamen. Nullis elenata culminibus; excelsa tamen. Ca-
stus, charitas, humilitas, nullius quidem coloris sunt;
sed non nullius decoris. Nec mediocri decoris, qui divi-
nos quoque delectare possit aspectus. Sic ille. Quomo-
do autem pro augendo splendore novis dignita-
tibus, congruam non liceat augere, bene explicat.
Card. Lugo in Resp. moral. Lib. 5. Dub. 11.

Affertio 4.
Pia opera
ubi extrin-
cenda.

27 Dico quartò. Circa pia opera id de Præ-
bendaris dicendum, quod de Episcopis Titulo
13. num. citatis, ubi an debeant in loco Beneficij
fieri, an possint esse ultramarina? & pro hoc vlti-
mo pugnat P. Bauny Dissut. 15. citata Quæst. 23.
Dub. 6. arguens Primò, quia de voluntate oppo-
sita Papæ litteris scriptis non constat, aut Cano-
nicis. Vbi enim illi? Quando, & à quibus Benefi-
ciarius promulgata? Secundò, Ex Ecclesiæ in om-
nes partem charitatis. Tertiò, Ex communi
omnium sensu, & recepta vbiq; consuetudine,
quam erroris arguere, non parua fuerit in Poli-
tici imprudentiæ. Sed ad primò & tertium de
consuetudine, ex dictis citato loco potest facile re-
sponderi. Nec verum absolute est sic omnium
sensum habere, cum sint qui secus sentiant, ha-
beatque illud non leue in sacris Canonibus fun-
damentum. Et ijs, quæ citato loco adduximus, addi
potest id, quod in Extrauag. Execrabilis, de Præ-
bendis & dignitatibus, ait Ioannes XXII. dum in-
ter inconuenientia, quæ ex Beneficiorum plura-
litate sequuntur, illud recenset, quòd hospitalitas
in ipsis Beneficiis debita non seruatur. Non vrget au-
tem magis hospitalitas, quam alia Ecclesiarum
aut pauperum necessitates, quas in Beneficiorum
loco, de quibus agimus, non occurrere est mora-
liter impossibile. Vnde & P. Molina ad Dicece-
sim tantum huiusmodi facultatem admittit, & in
casu raro extra illam asserit prorogari. Et Glossa
circa citatum locum verb. Debita, sic habet: In-
tellige, solita & congruens iuxta quantitatem prouen-
tium Beneficij. Sic illa ex Hostiensis in Cap. De
Monachis, de Præbendis. Pergit autem sic dicens:
Pro hoc autem quid dicit, Debita, videtur quòd ne-
cessitatis, non tantum voluntatis est hospitalitas. Et in
Beneficiis hoc certum est. Cap. Florentinum 85. dist.
& 42. dist. 5. 1. Hæc Glossa. Ex quibus appa-
ret quantum vrgeat obligatio dicta, vel qualis sit
obligationis huiusmodi fundamentum. Ad se-
cundum autem dici potest affectum Ecclesiæ ar-
dentem esse erga omnes filios; illis tamen suffi-
cienter ab eadem prouisum; cum in omni Chri-
stianâ dicecesi sint ex illius dispositione, qui pos-
sint subuenire, quòd si non ita fiat, sed contra-
rium arbitrio Præbendariorum relinquatur, mi-
nor eius appareat affectus; quia sic multi possunt
remedio opportuno destitui, Beneficiariis ad ex-
traneos inclinatis & quidem in Europæ Prouin-
ciis facilius id posse admitti, quia si Beneficij
vnius Dicecesis in aliam per pia opera sunt pro-
pensu, sperari potest vt & Beneficij alterius
pro illa opera pietatis instituant, sicque inter om-
nes compensatio reperitur. Quod tamen in In-
diis non accidit: nullus enim in Europa degens
de Indiis curat, vt subueniat indigentibus; aut
pia opera pro communi vtilitate constituat. Ni-

Non esse
necessariu
in loco
Beneficij,
probat
P. Bauny
tripliciter.

Fit satis 1.
& 3 ratio-
ni.

Extrav.
Execrabi-
lis.

Glossa.

Hospita-
tas quomo-
do debita.

Secunda
ratio elu-
ditur.

hilominus videatur moderatio exposita Titulo 13.
numer. 83.

C A P V T VI.

De obligatione Indicorum Præbenda-
riorum circa assistentium in diuinis
Officiis.

28 Dico primò. Circa obligationem di-
ctam consulenda sunt Ecclesiarum
statuta, quæ in forma erectionis so-
lent apponi, & illis standum, ita vt si defectus
occurrat; iuxta communes regulas, quas Docto-
res in hac tradunt materia, & diuersitatem pro-
babilium opinionum debeat iudicari. Sic P. Tho-
mas Sancius Lib. 2. Consistorum Cap. 2. Dub. 102.
qui asserit statuta Ecclesiarum communiter ha-
bere, quod est in Concilio Basiliensi dispositum
Sessio 21. Cap. Quo tempore quisque debeat esse in
Choro. Sic autem ibi: Qui in Matutinis ante finem
Psalmi. Venite exultemus: & in aliis horis ante finem
Primi Psalmi, & in Missa ante vltimum Kyrie eleison,
vsque ad finem diuino Officio non intersuerit, nisi forte
necessitate cogente, petita, & obtenta à Præfide Chori
licentiâ, discedere oporteat, pro illa absens habeatur.
Hæc Concilium. Sed certè statutum illud, si ser-
uatur alicubi, non ex vi illius, sed ex conuenien-
tia, quæ in re apparet, receptum debet reputari
quia statuta dicti Concilij vim obligandi non
habent, nisi nonnulla, & quidem pauca, quæ vt
admitterentur conueniens fuisse Sedes Apo-
lica iudicauit. Pro quo Laurentus de Franchis in
Controversijs pag. 196. Vnde circa prædictam af-
signationem non est vbiq; consuetudo eadem,
vt ex Petro Moneta tradit Bonacina Tomo 1.
Tractatu de Horis Canonicis Dissut. 1. Quæst. 5. Pun-
cto 2. n. 12. s. Verum, quia

Affertio 1.
Statuta
Ecclesiarum
seruanda
circa as-
sistentiam.

Quid ex
Concilio
Basiliensi.

Non obli-
gare illud.

29 Dico secundò. Stante statuto dicto,
Concilio Basiliensi conformi, aut alio quòuis,
quoad omissionem distributionum, non ideo il-
lius transgressio iudicanda est mortalis ad effe-
ctum adimplendi præceptum, diuini officij reci-
tandi, aut lucrandi fructus Beneficij. Sic P. Sua-
rez Tomo 2. de Religione Tract. 4. Lib. 4. qui est de
Horis Canonicis Cap. 25. numer. 15. & 16. P.
Vincentius Tancredi de Religione Lib. 4. Tract. 3.
Dissut. 6. numer. 8. Quod etiam ex aliorum do-
ctrinâ colligitur, & magis in speciali ex Bonaci-
na, & Moneta supra ex quibus & Diana Parte 2.
Tract. 12. Resolut. 26. in fine. Et quoad priorem
partem de transgressione circa generalem obliga-
tionem recitationis Officij, ex eo ostenditur, quia
pars illa non est notabilis vt communissima Do-
ctorum sententia firmat, pro quâ videndus Dia-
na supra Resolut. 41. & Parte 5. Tract. 5. Resolut.
26. & Parte 12. Tract. 2. Resolut. 44. P. Palaut
Tomo 2. Tract. 7. Dissut. 2. Puncto 5. num. 1. P.
Thomas Sancius in Opere morali Lib. 1. Cap. 4.
num. 18. P. Bauny in Praxi Beneficiorum Dissut.
13. Quæst. 7. D. Elcobar. à Corto Tractatu de
Horis Canonicis Quæst. 4. 5. 6. circa particulam In-
tegrè num. 22. Bailæus verb. Hora Canonica 5. n. 2.
vbi diuersas circa hoc Auctorum sententias con-
gerit, & earum aliquas nimis laxas. Medium te-
nuere

Affertio 2.
Vbi rece-
ptum illud,
aut aliud,
quæ inde
obligatio.

Cuius of-
ficii pars
omissa sub
mortalis
trans-
gressionem
inducatur.

P. Suarij
præferenda
sententia.

nuere beati. Et hæc laus sit P. Suario, qui num.
16. citato, sic concludit: & saltem videtur necessa-
rium vt nulla Hora integra dimittatur, neque pars ali-
cuius Horæ, quæ æquualeat minimæ Horæ vel dimi-
diæ parti eius. Si autem hanc non attingat, non vide-
tur esse peccatum mortale. Sic ille, qui ita præmille-
rat: Quare si è contrario quis omittet serè dimidiam
partem Completorii, non viderem dicere illum peccare
mortaliter, quia reuerà respectu totius officij dici illa non
videtur notabilis pars, nec in se & absolute videtur tam
gravis materia. Hæc doctissimus ille Magister;
pro certitudine sententiæ P. Suarij militat P. Tur-
rianus in Selectis Parte 2. Dissut. 31. Dub. 32. vbi
ait oppositam de integra minori Hora non esse
probabilem. Ex quibus colligit Cap. 30. n. 12. &
13. tunc oriri obligationem restitutionis quoties
omissio est mortaliter peccaminosa: quod acci-
dit quando duodecima pars totius Officij omitti-
tur: id quod ex Bullâ Pij V. circa taxationem in
huiusmodi omissionibus in ordine ad restitutio-
nem deduci arbitratur. Neque credendum est
statuta Ecclesiarum maiorem obligationem in-
ducere ex statuentium intentione, quia de hoc
minimè constat, neque opus erat ita arctare con-
scientias, quas in eo genere voluit Pontifex non
vrgeas; cum ad finem statutorum satis esset
impositio multæ; quia vt sapienter philoso-
phatur P. Suarez citato num. 15. hoc fundari po-
tuit in prudenti gubernatione Chori, quia multi
homines magis mouentur timore pœnæ, vel in-
commodi, quam culpæ.

Pœnam ex
omissione
non incurri
ante senten-
tiam.

30 Secundum autem ex hoc ipso probatur:
nam cum sit pœna, non priuatur, nisi post senten-
tiam. Licet amissio ob defectum interessentiæ
ante sententiam incuratur, quia Bonifacius VIII.
& Concilium Tridentinum eius Constitutionem
approbas, reddunt dominij inhables recipien-
tes, de quo num. 34. vt bene expendit P. Fragofus
Tomo 2. Lib. 10. Dissut. 23. 5. 4. num. 9. Secus ta-
men accidit in pœnâ per statutum positâ circa in-
teressentiæ modum, pro quâ inhabilitas talis non
interuenit, & ita applicari potest doctrina citati
Auctoris num. 10. Pœna ergo per sententiam
infligenda, quæ in hoc genere non est iuxta or-
dinariam iuris formam pronuntianda, formato
processu; sed iuxta Ecclesiarum stylum, designa-
to Punctatore, de quo Zerola verb. Hora Canoni-
ca, ad Octauum, & Concilium tertium Act. 3.
Cap. 26. Vnde si circa hoc diligentia Punctatoris
defuerit, in conscientia foro nulla est obligatio,
quia ibi ad summum interuenit peccatum venia-
le, & propter illud obligatio restitutionis in ma-
teria, de quâ loquimur, imponenda non est; vt
bene P. Suarez citato Cap. 30. num. 13. Qui licet
cum ea distinctione, quam exposuimus, & pro-
batimus, non loquatur, sicut nec P. Vincentius
Tancredi, quatenus statuti specialis non memine-
runt, sed iuxta obligationem à Pio V. impositam,
& vrget etiam extra Chorum recitantes proce-
dant, in eo certè suffragantur. Si præterea adda-
mus id quod de pœnâ ante sententiam incurren-
dâ diximus, ab omnibus non probari: id enim
negat P. Bauny cum aliis Tomo 1. Dissut. 15. quæst.
18. & quia illi de Missâ non loquuntur, iuxta
ipsorum, & aliorum doctrinam proportionaliter
est dicendum, partem à Concilio assignatam non
inducere obligationem restitutionis, quia exigua

Pro omis-
sione ve-
niali non
vrgeret.

Quid circa
Missam.

est. Quamuis autem ex eo quòd dicunt commu-
niter Doctores circa obligationem audiendi
Missam, designantes quæ sit pars notabilis, cuius
omissio graue peccatum inducat, non videatur
posse argui, quia obligatio illa pro diebus tantum
est festiuis, & Præbendarij etiam in profectis ten-
entur assistere; & in festiuis etiam possunt dicen-
do Missam, aut eam audiendo, à Conuentuali
distinctam, satisfacere: nihilominus optima illa
habenda regula, quia ex ipsâ intelligitur quamam
sit pars notabilis, alias dicendum propter omis-
sionem in Missâ nihil in foro conscientia deberi;
quod non est vllatenus admittendum. Quemad-
modum licet possit extra Chorum obligationi
Horarum Canonicarum Præbendarum satisfacere,
& ita ratione præcepti circa illas non teneatur
ad aliam recitationem: teneatur tamen ratione offi-
cij, si fructus sit Præbendæ lucraturus. Credo au-
tem ante Euangelium debere assistere, quia illud
in Missâ solemni singularem celebritatem habet,
& cultus illi specialissimus adhibetur, vnde & pro
eo cantando Minister facer Presbytero proximus
traditione libri Euangeliorum consecratur.

Optima
regula.

31 Quamquam non videatur improbabile
Missam instar Horarum posse computari, vt tunc
ei satisfactum sit, cum maiori parti sit assistentia
adhibita, vnde ab Offertorio videtur sufficere, vel
fortè minus aliquid, proportionem habita etiam ad
Matutinum, iuxta id, quod tenet P. Filliucius
Tractat. 23. Cap. 20. num. 219. & Diana citata Re-
solut. 26. peccare scilicet mortaliter omittentem
dimidiam Horam, sed non teneri ad restitutio-
nem. Id quod est etiam P. Suarij doctrine confor-
me citato num. 12. vbi sic ait: Ex dictis ergo colligo,
per argumentum à contrario, vel potius à definita legis
taxatione, pro minori omissione, quam sit vnus Hora
integra, non contrahi aliquam obligationem restitu-
endi; solum enim taxatum est, quod pro singularum Ho-
rarum omissione restituendum sit. Cum autem sit lex
rigorosa, videtur restringenda ad terminos suos: præ-
sertim cum peculiariter sit facta ad declarandam resti-
tutionem pro rata temporis & Horæ. Sic ille, addens
statim id, quod ex eodem retulimus num. 29. &
sequitur P. Fragofus Tomo 2. Lib. 10. Dissut. 22.
5. 5. num. 9. & vt verum fatear, non apparet da-
dum positâ eiusdem resolutioni conforme, vt
verba adducta possunt reddere manifestum. Cum
enim lex rigorosa sit, & peculiariter pro taxandâ
restitutione sit lata, ad suos est terminos restringen-
da: & ita cum non Horæ partem, sed Horæ
absolute dictæ omissionem ad inducendam obli-
gationem restitutionis exquirat, dum id P. Sua-
rez amplectitur, & pro fundamento statuit, non
videtur consonum ad medietatem minorum
Horarum, & proportionales Matutini partes
obligationem prorogare. Et ita P. Filliucij, &
Dianæ sententia non displicet P. Vincentio Tan-
credi supra, Diss. 16. Quæst. 5. At, Filliucius, & P.
Pellizzario Tract. 5. Cap. 8. n. 21.

Instar Ho-
rarum pos-
se compu-
tari.

P. Suarez.

Hora non
integra o-
missionem
non indu-
cere obli-
gationem
restitutio-
nis.

32 Dico tertio. Si per statutum non vrgeat
obligatio assistendi omnibus Horis, sed per assi-
sentiam V. g. in Matutino compensari possit as-
sistentia in primâ, vt alicubi est in vlt, possunt se
Præbendarij eidem conformare. Id videtur cla-
rum: quidquid circa vsum dictum in Ecclesijs
Indicis obnitatur Dom. Reyna Tomo 1. de Perfecto
Præbato, Lib. 4. Tractat. 1. Cap. 8. Quia statuta hu-
iusmodi

Affertio 3.
Assistentia
pro vna
Horâ posse
suppleri per
aliam, si
statutum
valeat.

iufmodi maturo confilio , & regulis iuris inſpe-
ctis , à ſuis auctoribus prodierunt. Quòd autem
iuſta eſſe poſſint, ex eo oſtenditur , quia conſue-
tudo talis poteſt eſſe rationabilis : ergo & lex
idem indulgens. Aſſumptum conſtat , quia hoc
ſpectat ad leuandum aſſiſtentiæ laborem , vt in
ſimili tradit P. Palauſ Tractat. 7. Diſput. 3. Puncto 9.
ſ. 12. num. 14. circa conſuetudinem non aſſiſten-
di Matutino, ex Bonacina Diſput. 2. de Officio diu-
no in Choro, &c. Quaſt. 5. Puncto 6. num. 14. vbi
alios adducit. Et quidem propter eum ſinem
Conc. Trident. Seſſion. 24. Cap. 12. tres meſes ſin-
gulis annis abſentiæ concedit , non permiſſione
ſolâ, ſed licentiâ : vt id tanè liceat, ſicut eius ver-
ba declarant, dum ait: Non liceat ultra tres meſes,
&c. Sicut ergo tres meſes in anno concedun-
tur , ita & quolibet die vna poteſt Hora conue-
nienti ratione concedi , beneficio conſuetudinis.

Conc. Tri-
dent.

Conſuetu-
do Eccleſi-
æ Compoſte-
lana.

Et notabilis
alia Eccle-
ſiarum Gal-
licarum.

P. Baury
vt illi de-
ferendum
conſent.

De tribus aliis menſibus ob iuſtam cauſam ad-
mittit P. Leſſius in Reſolutionibus poſthumis. verb.
Beneficium, num. 44. vide & num. 41. Præterea ,
Conſuetudine induci poteſt vt aliqui non aſſi-
ſtant ob diurnam in aſſiſtendo defatigationem:
& ita vſu receptum in Compoſtellanâ Eccleſiâ vt
Præbendarij, qui per 40. annos ſeruiuerunt, etiam
ſi abſint , pro præſentibus habeantur , annuente
conſuetudini iſti Gregorio XIII. vt refert P. Baury
Tomo 1. Tractat. 11. Quaſt. 17. ſ. Primo, quia
vbi ſic concludit: Iam hoc quæro, cur quod in Eccle-
ſiâ Hiſpaniæ ſit impune ratione conſuetudinis, in No-
ſtratibus, id eſt, Gallis, culpabile ſit, nec ferendum? Sic
ille. Quod & nos poſſumus ad Indiciæ Eccleſias
deriuare. Iuxta quæ legitima eſt conſuetudo,
quòd ſcilicet lex eſſe poſſit pro eodem, quia con-
ſuetudo legitime præſcripta & rationabilis vim le-
gis habet, vt ex lure notum. Cap. Finali, de con-
ſuetudine & communi Doctorem conſenſu, vnde
& circa illam lex poteſt expreſſa conſtitui , id in-
dolgens , quod aliâ non eſt vſu firmatum, vel ſi
firmatum ſit, ſpecialius illi robor adiciendo. De
conſuetudine enim ad ſtatutum bene arguitur,
iuxta Doctores, quos adducit Marius Antonius
Lib. 1. variar. Reſol. 1. n. 3.

33 Et ciuitas quidem Pater conſuetudinem
quamdam aliquarum Gallicæ Eccleſiarum ſatis
notabilem defendit , quarum Præbendarij diſce-
dentes à Choro vix dum inchoatis Matutinis, vt
ſit Metis, vel intereſſentes tantum Miſſæ, aut Ma-
tutinis, vt ſit Sibianeti, quidquid præſentibus ob-
uenit plenè recipiunt. Circa quod in fine ſ. Non
ero, ſic ille ſcribit: Quare eſt hæc mea ſententia dum
corriguntur (quod ſacere Epifcopo eſt neceſſe, aut Pape,
ſi eius ſolus poteſtati ſubiecti, ab Epifcopi ſunt cenſurâ
liberi) mea inquam eſt opinio Canonicos, vbi ſe Choro
ſteterint, ſub initium ſinemque Officij, aut Hora vni
de præcipuis interſuerint, prout eos ſacere mos in ſuis
Eccleſiis obtinuit, poſſe quidquid præſentibus obuenit,
feruare. Sic ille, id probans, tum multorum pro-
borum exemplo, qui ſe huic conſuetudini con-
formarunt, obuentiones integrè repertantes: cum
quia ob diuerſas cauſas, quas Doctores aſſignant,
abſentes ſui omnibus iis poſſunt, quæ ſunt præ-
ſentibus deſtinata. Item, quia conſuetudo hæc
legitimè poteſt eſſe præſcripta, & poteſt dici ra-
tionabilis, quia è maiestate Eccleſiæ eſt vt ſas ſit
Canonicis egredi, cum aliquamdiu in ſacrâ æde
precandi cauſâ fuere cum ceteris, acſi velint per

ſe pſallere, & non per ſubſtitutas ad hoc operas, id
vt illis ſit liberū. Accedit bona obuentionia poſſe
ſibi inuicem largiri Canonicos, ſi nulli ſint nomi-
nati debita, & ea, de quibus agimus, ad præſentes
ſpectant, vnde & liberaliter poſſunt condonare.
Præterquam quòd lex non obligat, niſi recepta ſit,
vt plures Auctores docent, ex quibus aliquos cõ-
gerit: & quæ de negandis diſtributionibus, abſen-
tibus, aut à Choro, vt ſupra, diſcedentibus, ab Ec-
cleſiâ lata eſt, in Eccleſiis dictis non eſt recepta: vbi
& dici poteſt præſentes eſſe, quia parti aſſiſtunt,
ſaltem improprie & ſynecdochicè. Sic ille philoſo-
phatur. Et quidem ſi iuxta ipſum rationabilis non
eſt, & è maiestate Eccleſiæ eſt, cur corrigendam dicit, idque neceſſario
ab Epifcopo, ſeu à Pontifice faciendum? Ea certè
corrigenda, quæ à ratione ſunt aliena, & ita im-
plicatio eſſe in dictâ videtur poſitione.

Non confe-
quenter lo-
quens.

34 Deinde. Conſuetudo in caſu dicto om-
nino reprobata eſt in Cap. vnicò de Cleric. non re-
ſuetudinem
Sacris Ca-
nonibus re-
probatam, i
& non eſſe
rationabili-
lem.
Conarr.

34 Deinde. Conſuetudo in caſu dicto om-
nino reprobata eſt in Cap. vnicò de Cleric. non re-
ſuetudinem
Sacris Ca-
nonibus re-
probatam, i
& non eſſe
rationabili-
lem.
Conarr.

Conarr.

Cap. Vni-
co ſupra.

In caſu autem, de quo eſt ſermo, nihil tale acci-
dit: neque enim momenti eſt alienius, quod de
maieſtate Eccleſiarum dicitur, cum ſit illud po-
tius maiestati earum aduerſum: quòd ſcilicet
Præbendarij officia ſacra ſua dedignentur præ-
ſentiæ cohoneſtare, totum illud magnum &
ſublime cultus diuini negotium Clericis vulgari-
bus relinquentes. Et cum non dedignentur ex
Beneficio viuere, officium, in quo eſt ſumma
conſtituta ſublimitas, per te exequi dedignantur.
Neque proborum praxis cauſam promouere
poteſt, quando in contrarium ratio & auctoritas
adeò

P. Baury
rationes
deiciuntur.

adeò manifeſtè ſtant. Morem planè ſecuti, & re-
indicuſſa proceſſerunt: neque adeò equidem
probi, qui lucro ita attenti, diuinum cultum, cuius
eſſe promotores ſolliciti debuerant, adeò frigide
pertractarunt, vt vix pedem in Eccleſiam intu-
lerint, cum eundem reuocarint. Videndus P.
Leſſius in ſuprà Caſu 11.

Condonationem
mutuam
non licere
Præbenda-
riis.

35 Quod verò ad condonationem attinet,
à Concilio Tridentino eſt penitus condemna-
ta citato in Capite verbis illis: Diſtributiones ve-
ro qui ſtatutis horis interſuerint, recipiant; reliqui
quæuis colluſione, aut remiſſione excluſi, his careant,
iuxta Bonifacij Octauæ Decretum &c. Remiſſionem
autem non ſolum eſſe illicitam, ſed etiam inuali-
dam, communis eſt Scriptorum ſententia, qui
videri poſſunt apud P. Fagundez Tomo 2. in De-
calogium Diſput. 23. ſ. 4. numer. 6. Lib. 10. de quo
etiam inferius Capite 8. Non eſſe autem receptam
legem huiusmodi inconſequenter dicitur, quan-
doquidem Concilij Tridentini Decretum de ac-
cretionem diſtributionum, qua reſpectu intereſ-
ſentium contingit, cum alij abſint, in præſenti
cauſa ab eodem Auctore allegatur ſ. Secundo
tum ſint. Præterea, ſecluſa lege, iuri naturali
ſtandum eſt: Atqui iuri naturali repugnat, vt
qui officio ſuo deest, præmium conlequatur of-
ficij. Pro quo eſt argumentum Auctoris eiſdem
ſ. Cauſa eſt, vbi ita ſcribit: Qui de bonis communi-
bus Eccleſiæ vitam propagat, ei quoque miniſtrare de-
bet, vt dicitur Cap. Secundum Apoſtolum, de Præ-
bendis: at in quo eſt Eccleſiæ utilis, qui præter ſpeciem
ſuam nihil ei publicè in Choro accommodat? Hæc ille.
Quibus nos addere poſſumus: In quo eſt Eccle-
ſiæ utilis, qui nec ſpeciem ſuam publicè in Cho-
ro accommodat, per ſpatium ibi breuiſſimum de-
moratus? Iam quid de aſſiſtentiâ? quæ impro-
prie & ſynecdochicè ſit talis, bene quidem di-
ctum eſt: eſt quo & ſit improprie & ſynecochi-
cè eſt etiam ſic præſentibus diſtributiones tri-
buendas, vt iuſtitiæ propria æqualitas teneatur.
Quæ quidem ideò à me longiori ratiocinatione
proponit, vt omnibus proſum, & ne pro Indiis
ſimile quiddam præſumatur. Et quidem Au-
ctor idem poſtea in Praxi Beneficiorum Diſput. 14.
Quæſt. 1. ſ. Secunda, Beneficium, conſimili con-
ſuetudine memorat, ſic ſubdit: Quod quam pru-
denter iuſtque id agant, aliorum eſto iudicium: hinc
ergo morem probare non poſſum, vtpote Concilij De-
cretis oppoſitum. Hæc ille, quibus potiùs annuen-
dum.

Legem eſſe
receptam,
& eam non
ſtante iuri
naturali
ſtandum.

Sua doctri-
nâ ciuitas
Auctor
redargui-
tur.

Improprie
aſſiſtentiâ
improprie
diſtributio-
nem lar-
giendam.

Sanior ci-
uitas Au-
ctoris ſen-
tentia.

Epifcopis
diſpoſitio-
nem circa
dicta com-
petere.

Ditorum
Canonicor-
um ſuf-
fragia tan-
tum con-
ſultia.

dinalium declarauit, quæ ſic habet: Epifcopus ce-
necur conſilium hoc petere, non autem ſequi: *Declaratio
Cardina-
lium.*
conſentus enim Capituli non eſt neceſſarius. Sic Con-
gregatio, vt extat in Editione Ann. 1631. & ra-
tio eſt, quia ſtante petitione conſilij, verè cum
duobus Canonicis procedit, & prouidet, vnde
non eſt eius iurisdictione contra tenorem diſpoſi-
tionis, cum ſic odiola coarctanda: & vt talis lo-
quendi modus omnino legitimus oſtendatur, po-
namus ex duobus Canonicis vnum hoc modo
ſentire, alium diuerſo: tunc quidem ſi Epifco-
pus vnus iudicium amplectens, iuxta illud ſta-
tuat, illius ſtatutum ſtabit, & tamen ſi ſuffragia
debeant eſſe deciuſa, & ad eum ſenſum verba
Concilij aduocanda, nequit dici cum duobus
prouidere: non eſt ergo ſenſus ille accommo-
datus. Et quòd conſuetudine introduci poſſit, vt
videtur certè introductum, quòd tale conſilium
non requiratur, ex Auctoribus colligitur, quos
adducit Zerola. Verb. Epifcopus ſ. Decimo.

Declaratio
Cardina-
lium.
Pro illa
ratio.

37 Quia verò contingere poteſt vt Epifco-
pi conſuetudinem aliquam remouere velint, quæ
rationabilis & legitime præſcripta ſit, & Præ-
bendarij probabile fundamentum ad ſe in eâ cõ-
ſeruandos habere poſſint, vt circa aſſiſtentiâ in
Matutino & Primâ alterari vidimus, ſuo illi v-
tantur iure; neque enim Epifcopis ita deferatur
arbitrium, vt quidquid veroliſſime appareat, va-
leant imperare. Pontifices quidem in ſuis Con-
ſtitutionibus conſuetudines locorum attendunt,
nec ſuæ eſſe voluntatis aſſerunt, illis, cum ge-
neraliter ſtatuant, contraire, quas, cum ſint res
facti, poſſunt ignorare, vt conſtat ex Cap. 1. de
Conſtitutionibus in Sexto. Non ergo Epifcopis aliter
eſt de ſua præſumendum poteſtate, vt omnem
ualeant ſibi non bene viſam conſuetudinem ſta-
tim abrogare, quæ aliis & probis, & ſapientibus
rationabilis poteſt apparere. Quòd autem ſtare
conſuetudo rationabilis poſſit, vt Præbendarij
non debeant omnibus Horis intereſſe, & conſe-
quenter ſtatutum vni illi tribuens, iam à nobis
oſtenſum num. 32. Pro quo & facit id, quod in
Concilio habetur ante adducta verba: ſic enim
ibi: Cetera, quæ ad debitorum in diuinis officiis regi-
men ſpectant, & que congrua in his canendi, ſeu mo-
dulandi ratione, ſimulque de omnibus Eccleſiæ mini-
ſtris, quæ neceſſaria erant, eſt qua huiusmodi Synodus
Prouincialis pro cuiusque Prouinciæ vitiis & mori-
bus, certam cuique regulam præſcribit. Hæc ſibi. Ex
quibus conſtat id, quod attinet ad conuenien-
dum in Choro, & permanendum ibi, ad Syno-
dum Prouincialem ſpectare, vel ad Epifcopum,
dum Synodi ſtatuta non extant, & in iis atten-
dendos Prouinciarum mores. Non ergo neceſ-
ſarium eſt vt Præbendarij ad omnes Horas con-
ueniant, & in Choro permaneant, ſi etiam hoc
neceſſarium eſſet, non erat cur circa hoc Syno-
dus aut Epifcopus deberent ſpecialiter prouidere.
Et per hoc roboratur id, quod numer. 29. dixi-
mus circa pœnam non intereſſentium, quando
Pontificium ſtatutum directè non violatur, ſed
ſpecialè Eccleſiæ, vt debeat ſententia iudicis ex-
pectari.

Non om-
nem con-
ſuetudinem
poſſe Epif-
copos abro-
gare.

Concilium
Trident.

Illorum
regulas ad
diſponendas,
quæ ad
hoc ſpe-
ctant.